



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

9. Communis alterius rationis efficacia examinatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

atque ex potestate ad quumvis in hypothefi pofita.
8. Vige tandem: quia, vel dari potest calus, in quo principium illud per fe notum: *Impossibile est idem esse, ac non esse simul*, deficiat, vel fecus. Si non potest: ergo neque in propositionibus hypotheticis, & conditionatis materia cuiusvis potest defecere. Si potest dari calus, aut hypothefis, in qua deficiat: ergo absolute, & simpliciter neceffitate metaphysica non est verum, certumque principium, omnique ars syllogistica, saltem quoad reductionem per impossibile, coarctat. Secundo repugnantia, & impossibilitas effendi simul rem, & non effendi est terminorum inter fe repugnantia, & contraditio per fe, & ex terminis nota, prout independens ab alio absque ulla ordine, aut dependentia à simplicitate, compositione, aut modo procedendi rerum à suis causis: ergo quod obiecta simplicita vel composita sint, vel contingenter, aut necessario à suis causis procedant, ac propositiones de illis sint Categorice, hypotheticæ, causales, conditionales in materia neceffaria, vel contingenti, repugnantiam eo principio assertam nec augeat, nec euacuet: quare, si de aliquo obiecto, aut propositione negetur, æqua fidelitate de omnibus negatur; scientiaque omnes pefsum ibunt.

CERTAMEN IX.

Communis alterius rationis efficacia examinatur.

1. Confulto alias pro nostra sententia rationes, & euasiones aduersariorum referre, ac persequi prolixius omis, quia illæ non mihi satis firmæ: & utraque medium, in quo Deus conditionata contingentia cognoscit, debeat ve cognoscere, attingunt: quare sequentibus disputationibus sedem habebunt propriorem. Vnam vero hic probationem producam, quam video à doctis pluribus recentioribus nostris plurius quam à me fieri: quia falso nobis, & doctoribus, atque vultuoribus principio nititur: est ad hominem contra Dominicanos recentiores satis habere energie: idcirco omittenda hic ea ratio non fuit: cum, vt cunctis quanti æstimanda eius efficacia sit, appareat: tum etiam, vt efficax in re præfenti, ad hominem contra aduersarios, argumentum in nobis non desideretur. Est autem huiusmodi: Deus potest absolute efficax, & antecedenter præfignare actus honestos liberos voluntatis creatæ, vt Dominicani omnes recentiores faciunt, reputantque de fide Ruiz d. 69. & alij non fuit, qui argumentum efformant: ait repugnat eiusmodi præfignatio, si Deus certo, & infallibiliter non præfignat eos actus præfignandos sub conditione, seu in statu conditionato futuros: ergo in eo statu præfignat: Consequentia est legitima. Probat Minor: quia præfignatio eorum actuum efficax, infallibilis essentia sua est, & cui carere effectu præfignatio physice, ac metaphysice omnino repugnat: at, si præfignatio eorum actuum sub conditione futurorum decretum, seu præfignationem ipsorum dirigat, & antecedat, non erit præfignatio essentia sua infallibilis: ergo præcedit in Deo eorum actuum sub conditione futurorum præfignatio ad præfignationem eorum concipiendam, repote ipsius directiua.

2. Minor proxima probatur: quia, nisi scientia directiua præfignationis eorum actuum sit præfignatio futuritionis conditionatæ eorum sub hoc medio, & conditione erit præfignatio solius possibilitatis eorum actuum ab hoc, & æque ab aliis quibusque auxiliis, sufficientibus potentiam liberam in actu primo ad ipsos constituere: in qua, & posse illos efficere, & illos posse ab ea effici continetur; at hoc non sufficit infallibilitati essentiali præfignationis diuinæ: ergo, si præfignatio futuritionis conditionatæ eorum præcedat, ac dirigat diuinam de ipsis præfignationem, hæc natura sua, & essentialiter non erit infallibilis. Immo Minor suadet: quia, cum media, seu conditiones illæ potentiam liberam, vel constituent, vel relinquunt, & indifferentem ad utrumvis, sub eis tamen est possibilis negatio actus præfignandi, quam actus ipse: ergo

scientia simplicis intelligentiæ atque præfignatæ possibilis negatio actus, atque actus ipse præfignandus: ergo ea scientia componibilis atque est cum negatione actus præfignati ex ipsa, atque cum actu ipso præfignato: quare, & præfignatio per illam solam regulata, & directæ cum negatione eadem præfignati actus componibilis erit: quod ipsum est natura, & essentia sua frustrabilem, non autem infallibilem esse. Nec satis est, eam præfignationem dirigat per scientiam solam probabilem coniecturalem, imo moraliter certam de conditionata futuritione consensus præfignandi: nam ea omnes scientiæ de conditionata futuritione actus præfignandi absolute, & simpliciter fallibiles sunt: & cum negatione futuritionis actus conditionatæ, & absolute etiam purificata conditione, physice, ac metaphysice componibiles: quare neque ex earum essentiali præfignatione, & directione præfignationes diuinæ physice, & metaphysice, ac subinde absolute infallibiles erunt: vnde neque eorum actuum præfignationes, quæ, non nisi absolute infallibiles essentia sua esse possunt, absolute possibiles, ni Deo adit certa absolute ac physice, & metaphysice infallibilis de eis actibus conditionata scientia, qua illæ dirigantur.

3. Confirmatur. Quia nemo potest prudenter præfignare, siue efficaciter antecedenter aliquid intendere, quin prænouerit, habere se in sua potestate media, quibus appofitis, illud consequatur. Ex quo fit, vt, quo gradu prudentior, prouidentiorque alicuius intentio consequendi esse debeat, eo perfectior esse debeat eiusmodi notitia de medijs, quibus illud consequendum sit: atqui in Deo summa prudentia, & prouidentia, summeque perfecta in quouis intendendo est: ergo, & in eo est summe perfecta cognitio de continentia in sua potestate mediorum, quibus illud, quod intendit, non solum assequi possit, sed & assequatur. Hæc autem perfectissima præfignatio Deo non adit, nisi ante intentionem efficacem actus nostri liberi, & contingentis præfignat certo, & infallibiliter habere se in potestate sua media, per quæ eiusmodi actum de facto assequatur, si ab ipso apponatur: ergo id ad præfignandum, & intendendum actum, ac prouidendo futuritionem eius conditionatam præfignare necessario debet, vt illum debita sibi necessaria perfectione prudentiæ, & prouidentie efficaciter intendat, ac præfignat.

4. Nec satis pro Dominicanis illis Thomistis, non admodum iunioribus, quos impugnamus, respondeas: sub conditione, ac per media physice prædeterminationis, ac præfignationis Thomisticæ Dominicanæ Deum certo, & infallibiliter physice, & metaphysice præfignare actus præfignandi conditionatam futuritionem sub eis, siue illum fore, si apponatur, vt apponi ea media ab ipso queunt. Id enim & præfenti nostre conclusioni satis est: (sicut de prædeterminationis, & præfignationis eius Thomisticæ cum actus præfignati, ac prædeterminati contingentia, & libertate repugnantia cum eisdem Thomistis suo deinceps loco fit nobis quæstio futura) & eorum principis adeo inquitabile coniecturam, vt mirum sit, aliquot ex eis statim à controuersia huius de certa scientia conditionatorum principio à nostris in re præfenti discordasse: sicuti & iuniores eorum ceteros ad decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti pro certa, & infallibili omnino conditionatorum contingentium scientia statuenda confugisse: alijs scilicet, atque alijs tanti ponderis difficultatibus multo fudere, nulloque suæ adhuc de prædeterminatione, & præfignatione sententiæ fructu subcollantes.

5. Cæterum principium illud, quod in hoc argumento pro maiori assumebatur, & confirmatio supponebat: Deum, scilicet, posse absolute actus nostros liberos, & honestos præfignare, non ita de fide est (quidquid incallum tenet Ruiz noster) vt oppositum per principia intrinseca non sit longe probabilius. Per extrinseca autem principia ab autoritate Theologorum petita sententia præfignationes actuum nostrorum liberorum Deo possibiles adituæ, non est ita communis, vt licet præter Dominicanos ipeiales illas suas præfignationes admittentes Soares cum Sectariis suis, (in quibus noster Franciscus Annatus sæpe in defensione scientiæ mediæ) & recentiores Salmantini, qui plerumque Soarizant, & nuper ex Complutensibus nonnulli illas præfignationes tueantur; at Molina & Vazquez cum assensu, (in quibus Lessius, & Becanus, atque

ad hæc fere tempora, nostri omnes, imo & externi Complutensium Magistri, atque ex Augustiniana familia viri doctissimi numentur, ex mordicis impugnant, & horrent: ac iure, me iudice, non exigo, vi controu. 4. d. de intentionibus diuinis. quæst. de iurentionibus efficacibus actuum liberorum creatorum videbimus. Idcirco argumentum hoc, nili ad hominem contra Thomistas illos, & si qui impoterius possibileriter præfinitum erga nostros liberum actus admittentes, licentiamque conditionatam eorum Deo negantes, vtendum tuo non erit.

317. Hoc tamen argumentum, quod est possibilitate di-
nitarum præfinitionum efformatum, & confirmatum
etiam à Recentioribus, parum roboris habet, quia falso
plurisque, & nobis etiam, de præfinitionum nostrorum
actuum liberorum principio nititur : est prædeterminationis
diuine certitudine, & infallibilitate, quæ non solum
possibilis ; sed existens in Deo absolute, & de facto est
maiori longe robore pro diuina nostrorum actuum liber-
orum sub conditione futurorum, vt eo futuritibus statu
sunt, conditionata scientia insitutorum. Etenim diuinam
prædeterminationem essentia sua infrutrabilem esse, de fide
est : cum aurem intrinsecè antecedenter efficaciam &
connexionem non habeat cum liberis, & honestis nostris
actionibus, per quas obtinenda de facto salus nostra est,
ad quam per illam prædestinamur, ne earum officii li-
bertati, nulla illa infallibilis, & necessaria prædetermina-
tio cum salute prædestinati connexio, ac subinde præde-
stinationis infrutrabilitas esse potest, nisi è conditionata
nostrorum actuum, & scientia de eis in statu illo condi-
tionata, quæ essentia sua prædeterminatio dirigitur, & re-
guletur præsuppositione : ex qua proinde solum Deus in
negocio prædeterminationis nostræ, quæ Deus serio de nostra
agit salute, prudenter, & absque frustranei conatus peti-
culo se gerat.

CERTAMEN X.

Oppositionibus ab autoritate ob-
viatur.

1. **O**pponit Ledefma d. 2. de auxil. dif. 2. §. Primo
probat ex Cartel loco citato in c. 4. Sap. illud
Genel. 3. Non ergo ne forte mistat manum suam. Et sumat
etiam de ligno vite. Vbi Septuaginta vertunt. Ne quando
extendat manum suam. Et sumat de ligno vite: Chal-
daica aduerbio forte etiam vitat: Vatabulus: Et nunc
fericulum est, ne forte omittat manum suam. Deuter. 4.
Non vidisti aliquam similitudinem scilicet. ne forte decepti
faciatis vobis culpam similitudinem scilicet. vel fami-
na. c. 7. Non potes eas delere pariter: ne forte multi-
plicentur contra te bestiae rari. Isai. 48. Predixi tibi ex
tunc, antequam venirent mala, indicavi tibi, ne forte
diceret: Idola mea fecerunt. Et quibus locis, ex sola con-
cordantiâ lectione potest plurius argui particula forè
fatis significari eorum contingentium conditionatorum
dubietatem proprietate sermonis, quæ à catholico inter-
prete in omni fcriptura locò tenenda est, quando eius
proprietas, nec fidei, nec rationi aduerfat, iuxta regu-
lam vetustissimi Tichonij probatam ab Augustino S. de
Doctrina Christiana. c. 10. hic autem nullum est incon-
ueniens, si dubitans ex parte cognitionis deinde intel-
ligatur, fed ex parte obiecti, quod dubium in se est, nec
magis ad vnam partem, quam ad aliam determinatum,
quod Deus ita certissime cognoscit: id quod confirmari
potest, quia Deus cum cognoscit meum de aliquo iudi-
cium esse probabile, meum esse de alio dubium, et
probabile ex parte obiecti sine vlla imperfectione, aut du-
bietate ex parte fciæntie cognoscit: quod ipsum illis
Dei ad Moylen verbis Exodi 4. continetur: Si non cre-
derint tibi neque audiverint sermonem signi prioris, cre-
dent verbo signi sequentis: quod si, neque duobus qui-
dem his signis crediderint, neque audiverint vocem tuam,
sume aquam fluminis, et effunde eam super aridam, et
quidquid hauerit de fluvio vertetur in sanguinem, Vbi

euentus incertitudo sub primo, & secundo signo satis declaratur.

laratur. 2. Sed et si eis locis particula *forte* dubietas obiecti-
vum solum enuncietur, atque eius solum cognitio ac-
queretur in Deo; alii in aliis supra adductis vbi et parti-
culari, aliae em dubietatem immens non addunt; sed con-
ditionati euentus praedicuntur absolute; et scientiam Dei
certam de illis, nec solum de eorum probabilitate co-
gniti, inferri auctoritati nequeunt, vel ex allegata ab
ipsis regula interpretandi scripturas, imo inde in his ipsis
locis, quae nobis opponunt, conditionatorum scientiam
diuinam contineri planum est. Siquidem, si ad aliqua con-
ditionata contingant scientiam Dei extendi fatendum
auctoritatis necessario est: ad omnia itidem extendi ne-
cessaria illatione conuenit; cum, & Deus omniscius
sit, nec vnum conditionatum sit alio magis cognoscibile,
aprumque certam Dei, & infallibilem terminare cognitionem.
Et quamquam negare non possumus, Deum dum
obiectum obiectum, sicut & iudicium nostrorum pro-
babilitatem, atque mentis nostre dubitationes cognos-
cere: alii euentus ipsos sub eis conditionibus indifferen-
tibus, atque obiectis dubiis, & indeterminatis fumos-
de quibus eis locis loquitur, a Deo cognosci sine omni
scientia diuina detrimentum negari non potest. Licet enim
conditiones illae indifferentes, & indeterminatae, tam ad
illos, quam ad eorum opposita de se sint; alii, quod fa-
uis eis libere licet, & contingenter, atque ab aliis causa-
rum, & conditionum determinatione antecedente fun-
tum conditionate est; determinatum conditioner, & sub
eis conditionibus est: non secus atque quod, ab eis ab-
solute positis, & natura sua indifferentibus, absolute
te in se determinatum est; licet in causis determinationum
non sit; sed indifferenter, vel ipsum, vel eius opposi-
tum.

3. Quod si ea conditionum indifferencia, & indeterminatio obesset determinationi conditionatorum in se sufficiens, ut diuinam terminaret (sello non determinante) cognitionem, eadem earundem conditionum absolute positarum indifferencia, & indeterminatio absoluta obesset determinationi absolute futurorum sufficienti, ut ad ea repræsentanda diuina etiam cognitio extenderetur: quæ & præsentia absoluta futurorum liberorum secundum se, & determinata suam entitatem negari Deo eodem discutiui deberet: siquæ probabilioritas, aut dubietas obiectiua, quæ in conditionum illarum absolute positarum indifferencia ad verum, & in determinatione ad futurum illud absolute est, scientia Deo admittenda foret. Ex his autem constat non sine magno rationis, & Theologicæ incommodo illud in poplitis, & similibus locis diuinarum prædicationum, siue de conditionatis, siue de absolute futuris aduerbium *ferre*, & similia dubitationem præferentia eo sensu accipisse: germanice cum recitatis Partibus interpretandas esse, vt, vel ad significandam arbitrii libertatem, vel voluntatis humane duriorem, atque in euenibus, siue conditionate, siue absolute ponendis difficultatem, aut paucitatem eorum, quæ eo positiui sunt, apposite ab Spiritu Sancto dicantur. Id quod testimonio illo ex c. 4. Exodi solummodo significatur: sicut et ludas difficultati Moysi, cuiusque signis crediturus, non omnes primo signo, sed aliquos: neque item reliquos, secundo, licet plures, sed terro: eos autem omnes singularum quæque loco, & signo crediturus, certo Deus sicut, eorumque in credendo difficultatem: ac proinde de eo Moyses pramonuit: ne, cum vtrumque experiretur capitis, Deique mandato peragendo animum depensans absterret.

4. Secondo opponitur Augst. epist. 105. ad Sixtum, & 112. de anima, & eius origine, & loco à nobis explicato certam, 3. à n. 8. cap. 14. de prædest. sanctior. ubi opera sub conditione futuræ parui baptizati, & ingratia ob illa à Deo, vt Semipelagiani dicebant, correpti vocat *futura non futura*: coramque diuinum præficientiam *examinari* ait loco cit. de anima, id est, inaneem, Deoque indignam reddi. Verum, vt citato loco dicebam, Augustinus folium negat Deo absolute opera illa infantis præmutare correpti, quæ meritorie Deum mouere possent, præfata ad cum tunc in gratia baptismali capiendum; cuiusmodi solum absoluta, sive absolute futura opera